BIBL
VB
X

קצר החלק ראשון המכלול

והוא ספר הדקדוק לרבי דוד קמחי :

Compẽdium Michlól,

HOC EST ABSOLVTISS. GRAMmatices Dauidis Chimhi, nunc primò editum, Authore Rodolpho Baynò Cantabrigenſe, & Sanctæ linguæ profeſſore Regio Lutetiæ Pariſiorum.



PARISIIS.

Apud Carolum Stephanum Typographum Regium.

M. D. LIIII.

A01 1472127

AD LECTOREM AVTHORIS Præfatio.

NON poteſt dicere caput pedibus χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν, ἀναγκαῖά ἐστι. Liceat mihi hac ſimilitudine, qua diuus Paulus ad mutuam charitatem reuocat Corinthios, ad artis Grammaticæ commendationẽ & laudem abuti: quæ inter alias ſapientiæ partes infima, & ad inſtar pedum haberi poteſt: & quam vt tenuem ac ieiunam multi cauillantur: ſed hi quantum habeat in receſſu ignorant, habet autẽ multo plus quàm prima frõte promittat. Quĩ huius adminiculo prophetarum oracula perſcrutantur, quàm huberem honorem huic organo debeamus, non ignorãt, vt ſine quo arcanas literas pro dignitate tractare ac interpretari hactenus potuit nemo (homines ſingulari ſpiritus dono ad hoc munus imbutos ſemper excipio.) Verùm hac in re diuus Hieronymus tanto plus præſtitit, quanto plus cæteris in hac ſcientia excelluit. Et hodie inter recentiores, ſi quis vertendo ſacram paginam quidpiam erroris committat, (modò ſit alioqui fide integra) hinc accidiſſe facilè deprehendas, quòd ſubtilitatem illam in elementis & apicibus decernendis, quam דקדוק vocant Hebræi) non ſatis calluerit. In qua cum nemo nec laborioſius, nec maiore cum laude, quàm Dauid Chimhi verſatus ſit, nemo tanta induſtria ſingula ſit proſecutus, vt ראש המדקדקים meritò ſit appellatus, hunc ante alios huius linguæ ſtudioſis diurna nocturnáque manu verſandum eſſe iudico. Sed cùm partim penuria libro-

rum, partim operis prolixitas plurimos deterreat & impediat, præſertim aliis occupatos ſtudiis, operæpretium me facturum exiſtimaui, ſi opus ingens ad compendium ſine magno rerum diſpendio reuocarem. Et feci quidē ſedulò, ſed quàm fœliciter, tuum iudicium eſſe volo candide Lector. Non id egimus vt ordinem ſeruaremus, quem ſecutus eſt author, qui non tam methodo docēdi, quàm ſtudio nihil omittendi hoc opus conſcripſiſſe videtur: vtcūque nullam partem reliquimus intactam. Et quo maiore cum alacritate ſubamaros Grammaticorum canones guſtare ſuſtineas, ſingulos ſuo παραδείγματι illuſtrauimus.

Opus vniuerſum ſic temperauimus, vt omniū votis reſpondeat, haud ignorantes eſſe aliquos, qui breuitate gaudent, alios verò qui laboris patiētes, in tabellis & inſtitutionibus dolēt magnā partem artis omiſſam. Nos vnà cum primis elementis, quæ prioribus libris magna breuitate & ſatis luculenter (ni fallor) perſtrinximus, copioſas annotationes paſſim adiecimus, quas tyrones linguæ poſſunt interim omittere, donec cognitione maiore grandeſcant: ne nimia & tenuiori præceptionum varietate memoriam obruant.

In tertio libro de punctis, elementis & legendi ratione copioſius, & de his quæ prouectioribus ſunt cognitu neceſſaria, ſic tradidimus, vt ne curioſus quidem lector quidpiam deſideret.

In libros & capita ſecuimus opus, quò quotidianis prælectionibus ad noſtri cōpendii locū mittamus auditores, quoties occurrit aliquid dignū obſeruatione. Sūmam denique omnium & ordinem ex his titulis capi-

tum,quæ ſubiiciuntur,clarius intelliges. Vale Lutetiæ, ſexto Nonas Maii.Anno D. 1554.

CAPITA PRIMI LIBRI.

De poteſtate & ſectione literarum	Cap.1
De motionibus	*cap.2*
De literis אהוי	*cap.3*
De daghés	*cap.4*
De ſcheuá	*cap.5*
De accentibus	*cap.6*
De ſpeciebus nominum	*cap.7*
De generibus nominum	*cap.8*
De numeris	*cap.9*
De caſu	*cap.10*
De nomine perfecto	*cap.11*
De nominibus primæ notæ	*cap.12*
De nominibus heemánthi	*cap.13*
De verbo perfecto	*cap.14*
De Binián Cál.	*cap.15*
Annotationes in primum tempus	*cap.16*
De Benoní cál.	*cap.17*
De *pabúl* cál.	*cap.18*
De macór	*cap.19*
De imperatiuo	*cap.20*
De futuro cál.	*cap.21*
De Binián *niphál*	*cap.22*
De Binián *pibél*	*cap.23*
De Binián *puhál*	*cap.24*

De hiphíl. cap.25
De hophál cap.26
De hitphahél cap.27
De inuerſo literarum ordine in hithpahél cap.28
De Pronomine cap.29

CAPITA SECVNDI LIBRI

De vocibus imperfectis Cap.1
De verbis pé nún cap.2
De niphál pé nún cap.3
De hiphíl pé nún. cap.4
De hophál cap.5
De verbo נתן cap.6
De verbo לקח cap.7
De ſecunda claſſe Defect. cap.8
De niphál pé iód cap.9
De pihél pé iód cap.10
De hiphíl cap.11
De quieſcentibus pé áleph cap.12
De niphál pé áleph cap.13
De hiphíl eiuſdem cap.14
De quieſcentibus pé iód cap.15
De hiphíl pé iód cap.16
De quieſcentibus háin cap.17
De hiphíl & hophál cap.18
De Binián quadrata cap.19
De quieſcentibus lámed hé cap. 20
De niphál cap.21
De pihél & puhál cap.22

De hiphíl lámed hé	cap.23
De hophál.	cap.24
De quieſcentibus lámed áleph	cap.25
De niphál & aliis	cap.26
De hithpahél lámed áleph	cap.27
De duplicantibus	cap.28
De niphál duplicantium	cap.29
De pihél & aliis	cap.30
De pohál & hithpaél	cap.31
De verbis quatuor aut quinq; literarũ	cap.32
De verbis compoſitis	cap.33
Compoſita pé nún, & lámed hé	cap.34
Compoſita pé iód, lámed áleph	cap.35
Compoſita pé iód, lámed hé	cap.36

CAPITA LIBRI TERTII.

De literis ancillaribus	cap.1
De mutatione punctorum	cap.2
De mutatione tſerí	cap.3
De mutatione ſegól	cap.4
De nomine fœminino in hé	cap.5
De motionibus & ſcheuá regulæ 8	cap.6
De ſono & lectione ſcheuá	cap.7
De his quæ impediũt raphé in בגד כפת	cap.8
De ſpeciebus nominum	cap.9
De nominibus imperfectis	cap.10
Quieſcentia pé.	cap.11
Quieſcentia háin	cap.12
Quieſcentia lámed	cap.13

Quieſcentia lámed áleph — *cap.14*
Duplicata — *cap.15*
Nomina quatuor literarum — *cap.16*
De numeris — *cap.17*
De verborum affixis — *cap.18*
Dictiones — *cap.19*

קָצָר חֵלֶק רִאשׁוֹן הַמִּכְלוֹל

Compendium abſolutiſſ. Grammatices Davidis Chimhi,

nunc primùm æditum,authore Rod.Bayno.

De poteſtate & diuiſione literarum. Cap. I.

VIGINTI DVAE LITERAE HEBRAEOrum characteribus,nominibus,& poteſtate ſecernuntur.

א primæ literæ	אָלֶף	א.		Aleph.
nulla Latina ſatis	בֵּית	ב.		Beth. b.
reſpondet.	גִּימֶל	ג.		Gimal. g.
	דָּלֶת	ד.		Daleth. d.
הֵא tenuis aſpi-	הֵא	ה.		He. h.
ratio.	וָיו	ו.		Vau. u.
	זַיִן	ז.		Zain. z.
חֵית vehemens	חֵית	ח.		Cheth. ch.
aſpiratio.	טֵית	ט.		Teth. t.
	יוֹד	י.		Iod. i.
Quinque caph,mē,	כַּף	כ.	ך.	Caph. ch.
nun, pe,& tſadi,aliam	לָמֶד	ל.		Lamed. l.
figurā habent claudē-	מֵם	מ.	ם.	Mem. m.
tes dictionem , aliam	נוּן	נ.	ן.	Nun. n.
incipientes.	סָמֶךְ	ס.		Samech. ſ.
עַיִן nulla latina ſatis	עַיִן	ע.		Hain.
exprimit.	פֵּא	פ.	ף.	Pe. p.
	צָרִי	צ.	ץ.	Tſadi. tſ.

	קוף	ק.	Coph. q.
	ריש	ר.	Res. r.
Si pūctū habeat שין in parte ſiniſtra, ſtridorem amittit.	שין	ש. ש.	Shin. ſ h.
	תיו	ת.	Tau. t.

Inſtrumenta loquendi naturalia ſuas literas ſibi vendicant, nempe guttur, palatum, lingua, dentes, & labia.

הגרון gutturis ſunt quatuor	אחהע
החך palati ſunt quatuor	גיכק
הלשון linguæ ſunt quinque	דטלנת
השנים dentium quinque	זסשרץ
השפה labii quatuor	בומף

In his quæ gutturis & palati ſunt, quæque regio ſuum ſibi vernaculum ferè vendicat, præſertim in litera עין, quam vt aleph nullo negotio proferunt, qui Germaniā vel Galliam incolūt Hebræi: verùm Itali & Hiſpani ſic hauriunt è pectore hanc literam, vt difficilimum ſit eos imitari. Vndecim ſunt radicum ſiue thematum literæ, עקרים vocant Hebræi, quæ nūquam ſeruiunt, his vocibus comprehenſæ, .חט ספר גוע צרק. Totidē משרתים miniſtrantes, ſic appellatæ, quòd non ſolùm dictiones efficiant, (nam hoc eſt omnium literarum) ſed variis etiam muneribus fungantur, vt per quas coniugationum, temporum, perſonarum, generum, & numerorum, diuerſitates cognoſcuntur. His vocibus denique, veluti ſymbolo memoriæ, comprehenduntur משה כתב אלינו, de quarum officiis & motionibus poſtea dicemus. Interim illud obſeruantes, quatuor, nēpe אלבש in principio dictionis ſolùm ancillari, reliquas verò ſeptem nunc principio, nunc fini dictionis adhærere,

nam

nam meditullium dictionis nulla miniſtrans litera ingreditur.

De motionibus ſiue punctis. *Cap.* II.

IN vocales & conſonantes ſuas non diuidunt literas Hebræi, ſed vocaliū loco punctis vtuntur, quæ תְּנוּעוֹת hoc eſt motiones vocantur, ſine quibus cùm nulla litera ſyllabam perficiat, ſatis eſt argumenti, vocales non eſſe literas: ad naturam tamen vocalium plus cæterjs accedere traduntur hæ tres אֶוִי, ab antiquis grammaticis appellatæ אִמּוֹת לְכָל־הָאוֹתִיּוֹת, matres omnium literarū.

Puncta quibus hodie vocalium loco vtuntur Hebræi, ſono diſtincta ſunt quinque, figura verò ſunt decē principes motiones, ſiue מְלָכִים reges. Quinque תְּנוּעוֹת גְּדוֹלוֹת motiones maiores, & quinque תְּנוּעוֹת קְטַנּוֹת motiones minores, quarum omniū nomina ſubiecta tabella continet, cum figuris ſub litera א depictis.

קָמֵץ רָחָב אוֹ גָּדוֹל	אָ	a.	Camets magnum.
צֵרֵי אוֹ קָמֵץ קָטָן	אֵ	e.	Tſeri vel camets paruum.
חִירֶק גָּדוֹל	אִי	i.	Hiric magnum.
חוֹלֶם	אוֹ	o.	Holem.
שׁוּרֶק	אוּ	u.	Shurec.

His matribus (inquit Dauid Chimhi) reſpōdent quinque filiæ, quarum motio minor eſt, & ſonus humilior quàm matrum.

פַּתַח גָּדוֹל	אַ	a.	Pathah magnum.
סֶגוֹל אוֹ פַּתַח קָטָן	אֶ	e.	Segol vel pathah paruum.
חִירֶק בְּלֹא יוֹד	אִ		Hiric ſine iod.
חָטֵף קָמֵץ	אֳ		Hateph camets.
קִבּוּץ אוֹ שָׁלֹשׁ נְקֻדּוֹת	אֻ		Cibbuts vel tria pūncta.

Ex his motionibus decem holem duntaxat duplicē habet figuram, nam quandoque ablato וָיו ſolo puncto notatur ſupra literam, non rectè, ſed verſus partem ſuæ literæ ſiniſtram, vt ab accentu רְבִיעַ qui rectè ſupra lineam pingitur, diſcrimen habeat. À veteribus מְלֹא פּוּם plenitudo oris vocari ſolet. Germaniam qui incolunt Hebræi, cum חוֹלֶם in ſono קָמֵץ confundunt, vtramque motionem per o malè proferentes. Hic error ocaſionē habuit (ni fallor) ab ָ quæ frequenter ſheua caret, & tamen ſonum non mutat. Eſt enim regula, ָ ſine accentu ante ſheua, non vt ַ, ſed vt ֹ legitur. Occupat etiam ָ locum ֹ in aliis locis, vt poſtea docebimus.

Præter has principes motiones, quas מְלָכִים vocant, ſunt tres ancillulæ, nempe שְׁוָא duobus conſtans punctis rectè pendentibus, ad hunc modum אְ e: & aliæ duæ ex ſheua cum פַּתַח, vel ex ſheua cum סֶגוֹל conflatæ, videlicet

חֲטַף פַּתַח אֲ a. Hateph pathah, &
חֲטַף סֶגוֹל אֱ e. Hateph ſegol.

Hæ duæ motiones breuiſſimæ loco שְׁוָא gutturalibus maximè ſupponuntur literis.

De *literis* אֶהֱוִי. *Cap.* III.

INter ea quæ lectionem impediunt, & variam efficiūt, in primis numerantur שְׁוָא, דָגֵשׁ, & literæ quæ hac voce אֶהֱוִי cōtinentur, quarum (vt de his primo dicamus) duplex eſt natura. Nam quandoque motionibus carēt, & omnino quieſcunt, nec vllum ſonum efficiunt, ſed motione præcedentis literæ latētes, videnturocioſæ inter legendum, vt in verbo קָרָא vocauit, & יֹאכַל comedet,

אָלֶף quieſcit: in עָשָׂה fecit, אַרְיֵה leo, הֵא videtur otioſa. יוֹד verò in בֵּיתִי domus mea. Denique vbicunque magnæ motiones occurrunt, vna ex his literis אֶהֱוִי vel adſcripta ſubiicitur, vel virtute intelligitur adeſſe.

Tres ex his, nēpe אֶהִי, in סֶגוֹל motione parua, ſolēt aliquādo quieſcere: vt in פֶּרֶא onager, פֶּה os oris, כֵּלֶיךָ inſtrumēta tua. Verùm vbi ſuas obtinent motiones, more aliarū mobiles ſunt אֶהֱוִי. Tres demum הֱוִי, ſine motione ſonū aliquem efficiunt in fine dictionis, quem מַפִּיק appellāt, hoc eſt exitū, qui in litera הֵא puncto notatur, vt דְּבָרָהּ verbum eius, בְּנָהּ filius eius. Iod quoque ſine motione profertur per מַפִּיק in fine dictionis, poſt quatuor motiones, nempe קָמֶץ פַּתַּח חוֹלֶם שׁוּרֶק. vt פָּנַי facies mea, אֵלַי ad me, גּוֹי gens, גָּלוּי reuelatus. וָיו in fine dictionis, cū יוֹד קָמֶץ præcedente habet מַפִּיק, vt דְּבָרָיו verba eius.

De dagbes. Cap. IIII.

PVnctum in medio literarum דָּגֵשׁ virtute duplex eſt, nempe חָזָק, cuius omnes literæ capaces ſunt, præter literas הַגְּרוֹן, quæ ſunt (vt dictum eſt) אֲחֳהַע, & præter literam רֵישׁ: & חָלָק lenis, ſedem habens ſolùm in literis בֶּגֶד כֶּפֶת, id'que poſt שְׁוָא quieſcentem, vt אֶזְכּוֹר יִזְכּוֹר: vel in principio dictionis, vt בְּרֵאשִׁית בָּרָא, in principio creauit. Gen. 1. Tamen ſi dictio præcedens in eadem clauſula, exeat in vnam ex literis אֶהֱוִי, non דָּגֵשׁ habent בֶּגֶד כֶּפֶת, ſed רָפֶא, hoc eſt lenitatem, quæ virgula ſuper has literas protracta ſignari ſolet, ad hūc modum, לֹא כֵן non ſic, רָגְשׁוּ גוֹיִם, cōmotæ ſunt gentes. Verùm abſentia דָּגֵשׁ ab his literis, רָפֶא adeſſe intelligitur. Porrò virtutem אֶהֱוִי, quæ literas בֶּגֶד כֶּפֶת lenes in principio dictionis

efficiunt, accentus, & alia quædam impediunt, quibus rudem lectorem hoc in loco onerandum non putauimus. דָּגֵשׁ חָזָק daghes forte literam in lectione duplicat, vt שִׁבֵּר fregit: חָלָק verò corroborat has ſex בְּגַד כְּפַת. Daghes חָזָק neque in prima, neque in vltima dictionis litera locum habet, חָלָק verò prima, media & vltima, ſed ſolùm in בְּגַד כְּפַת.

דָּגֵשׁ חָזָק multa præſtat officia, de quibus alius erit dicēdi locus opportunior. חָלָק denique ad ſex literas corroborandas ſolùm inſeruit.

De שְׁוָא. Cap. V.

TErtium ex his, quibus lectionem impediri, & difficilem fieri diximus, eſt שְׁוָא, non ſolùm quòd varios habeat ſonos iuxta Grãmaticos veteres, ſed quòd frequenter quieſcat, nullum ſonum reddens. Profertur autem & mouetur ſub prima litera, vt דְּבָרִים. In medio ſi fuerint duæ, poſterior legitur, vt יִלְמְדוּ diſcent, יִפְקְדוּ viſitabunt. Tertiò שְׁוָא legitur ſub litera, in qua דָּגֵשׁ pingitur, vt דִּבְּרוּ locuti ſunt, סִפְּרוּ numerauerunt. Quartò poſt motionem magnam, vt שָׁמְעוּ audiuerunt, אָכְלוּ comederunt. Vbi litera geminata fuerit, שְׁוָא ſub priore non legitur, niſi magna motio præcedat, רִבְבוֹת אֶפְרַיִם myriades Ephraim, Deut. 33. שְׁוָא ſub בֵּית non legitur teſte Dauide Chimhi, tamen in הַלְלוּ legitur: non quòd eadem ſequatur litera, vt vulgus Grammaticorum tradit, ſed quòd ſit ſub litera, quæ ſuo iure דָּגֵשׁ haberet: eſt enim coniugatio פִּעֵל. In fine dictionis ſi duplex שְׁוָא occurrat, vtraque quieſcit, vt פָּקַדְתְּ. Ex proprietate linguæ & orthographia, maiores motiones non ſequitur

דגש.

רָגֵשׁ, poſt breues verò ſequitur רָגֵשׁ, vel שְׁוָא quieſcens. Tamen poſt maiores habentes accentum paſſim ſequitur רָגֵשׁ, quandoque ad lectionis ornatum, vt וְאִישׁ בְּרֵעֵהוּ יְהָתֵלּוּ vnuſquiſque amicum ſuum decipiet, 2.Samu.18. Poſt breues habentes accentum non ſequitur רָגֵשׁ, nec שְׁוָא quieſcens, vt in רֶגֶל pes, נַעַר puer, שַׁעַר porta. Sub vltima litera, modò non ſit vna de quatuor אֶהֱוִי, ſemper intelligitur שְׁוָא quieſcens, quæ in כַּף finali, non habente קָמֶץ, & in aliis בגד כפת habentibus רָגֵשׁ apparet, vt מֶלֶךְ. Ab hac regula excipias oportet duas, חֵית וְעַיִן, quæ poſt quatuor motiones magnas, nempe צֵרֵי חוֹלֶם חִירֶק וְשׁוּרֶק habent in fine dictionis פַּתָּח, ad hunc modum, רוּחַ ſpiritus, יוֹדֵעַ ſciens.

De accentibus. Cap. VI.

Omnes accentus ſiue מְלָכִים reges, ſiue מְשָׁרְתִים miniſtri, tonum deſignant, & ſyllabam attollunt inter legendum. Reges etiam vim ſiſtendi lectorem, & lectionem diſtinguendi habent, alii plus, alii minus, vt virgulæ, commata, ac puncta in libris Latinis & Græcis. Sed ſunt tres vel quatuor, qui primas obtinent in hoc munere, nempe סוֹף פָּסוּק finis verſus, ſic dictus, quòd verſiculum claudat, & ſententiam ferè vbique abſoluat, vt periodus, לֹא יָשָׁב non ſedit, Pſal. 1. Secundus circa medium verſiculi frequenter occurrēs, lectorem ſiſtit, ac reſpirare permittit, vnde nomen habet אַתְנָח, vt לֹא עָמָד non ſtetit. Tertius זָקֵף קָטוֹן, figura nihil diſcrepans à שְׁוָא, duo puncta videlicet ſuper lineam erecta, vnde nomen habet, erector minor vocatus, vt וַיַּבְדֵּל אֱלֹהִים & diuiſit deus, Gen. 1. רְבִיעַ quoque, qui vnico pūcto ſuper literas

literas notatur, vt וַאֲנִי בְּרֹב ſed ego, vel equidē in copia. Pſal. 5. טַרְחָא virgula à ſiniſtra in dexteram deflexa infra lineam. פָּשֵׁט ſupra lineam, vltimam occupans literam:& alii complures, vim lectionem diſtinguendi habent, ſed rarius quàm tres primi. De vſu quem inter canendum Hebræis præſtant accentus, nobis nulla cura eſt. מַקָּף virgula duas connectens voces, vt וַיְהִי־כֵן,& fuit ita, Gen. 1. inter accentus numeratur.

De nominum ſpeciebus. Cap. VII.

VNiuerſa lingua in tres partes diuiditur, nempe in שֵׁם nomen, in פֹּעַל verbum, & in מִלָּה dictionem. Nominū aliud שֵׁם הַדָּבָר nomē rei, aliud שֵׁם הַתֹּאַר nomē formæ. Sub nomine rei propria & appellatiua cōprehendūtur: nomē gentile quoq; & numerale, de quibus nihil trademus, cùm per analogiā ad Latina & Græca nomina facilè cognoſcantur. Sunt qui tertiā nominis ſpeciē tradunt, שֵׁם פֹּעַל nomen verbale, quod actionem vel paſſionem ſignificat, abſque temporis diſcrimine, vt דַּעַת ſcentia, מִשְׁמַע fama, auditus, מַעֲשֶׂה opus. Nomē formæ eſt, quod qualitatem, ſeu quácunque formā habitu vel potentia inhærentem ſignificat, vt חָכָם ſapiēs, צַדִּיק iuſtus, מֶלֶךְ rex, עֶבֶד ſeruus. Participium verò à nomine formali diſtinguitur apud Hebræos, quòd formam actu ſolùm inhærere ſignificat, vt גּוֹנֵב qui modò furatur, ſed גַּנָּב fur, שֵׁם תֹּאַר, non quòd in præſenti furetur, ſed quòd conſuetudinem habeat furandi. Verùm loco nominis formæ participio ſolent abuti, vt רוֹפֵא medicus, סוֹחֵר mercator.

De gen-

De generibus nominum. Cap. VIII.

IN nominibus duo ſunt genera, לְשׁוֹן זָכָר vox maſculina, & לְשׁוֹן נְקֵבָה vox fœminina: nam genus neutrum lingua ignorat Hebræa. Genera diſcernuntur ſexus diſcrimine, vt apud Latinos. אָדוֹן dominus, עֶבֶד ſeruus, אִישׁ vir, גְּבִיר vir, ſunt maſculina. גְּבֶרֶת domina, שִׁפְחָה ancilla, אִשָּׁה mulier, מַלְכָּה regina, ſunt fœminina. Nomina animalium vtrunque genus ſub vna voce occultant, vt חֲמוֹר aſinus, בְּהֵמָה iumentũ, in vtroque genere reperiuntur. In infimis tamen ſpeciebus generis diſcrimen obſeruatur, vt עֵגֶל vitulus, & עֶגְלָה vitula, פַּר iuuencus, פָּרָה iuuenca. Nomina cum verbis, participiis, vel nominibus thoar connexa, ſuum genus facile produnt, vt עֵץ שָׁתוּל arbor plantata, דֶּרֶךְ רְשָׁעִים תֹּאבֵד via impiorum peribit. Literæ הֵא cum קָמֶץ & accentu, & תָּיו, finales, ſunt indicia generis fœminini, præterquam in numeris, qui in maſculino, non in fœminino exeunt in הֵא.

De numeris nominum. Cap. IX.

TRiplex eſt numerus, יָחִיד אוֹ יְחִידָה ſingularis, רַבִּים אוֹ רַבּוֹת pluralis, קִבּוּץ הַשְּׁנַיִם collectio duorum. In maſculino, ים. ſyllaba vltima multitudinem indicat, vt מֶלֶךְ rex, מְלָכִים reges, דָּבָר verbũ, דְּבָרִים verba, אִישׁ vir, אִישִׁים viri. In fœmineis fit pluralis adiectione וֹת, vt צְדָקָה iuſtitia, צְדָקוֹת iuſtitiæ, בְּרָכָה benedictio, בְּרָכוֹת. Multa tranſgrediuntur hanc normã, videlicet multitudinẽ fœmininã ex maſculino ſingulari procreantia, vt אָב pater, אָבוֹת patres, מָקוֹם locus, מְקוֹמוֹת loca, בְּכוֹר primogenitus, בְּכוֹרוֹת primogeniti, מִשְׁכָּן tabernaculum, מִשְׁכָּנוֹת. Alterius claſſis exempla. אֲלֻמָּה אֲלֻמִּים manipulus, שְׂעֹרָה שְׂעֹרִים hor-

dea, נְמָלָה נְמָלִים formica. Dualis numerus exit in ַיִם, præcedente פַּתַח accētu protracta, vt רֶגֶל רַגְלַיִם pes, יָד יָדַיִם manus. Sunt nonnulla vno numero contenta, quædam duali, vt שָׁמַיִם cœli, מַיִם aquæ, צָהֳרַיִם meridies. Quædam plurali tantùm, vt נְעוּרִים pueritiæ, זְקוּנִים ſenectutes, חַיִּים vita, פָּנִים facies, מְתִים viri. Multa plurali carent, cùm alia, tum nomina metallorum omnia, vt זָהָב aurum, כֶּסֶף argentum, בַּרְזֶל ferrum.

De caſu. *Cap. X.*

DIuerſas caſuum terminationes non habent nomina: conſtructionis ordinem, non caſuum varietate, ſed partim orationis filo, quæ recto ferè incedit ordine, partim quibuſdam particulis & literis intelligimus: vt כִּי יוֹדֵעַ יְהֹוָה דֶּרֶךְ צַדִּיקִים, nam nouit Dominus viam iuſtorum, Pſal. 1. ambiguum non poteſt eſſe, vtrum vertendum ſit, Dominus nouit viam, an via nouit Dominum. בָּרָא אֱלֹהִים אֵת־הַשָּׁמַיִם, Gen. 1. particula אֵת indicat nomen הַשָּׁמַיִם eſſe vertendum in caſu patientis, & prohibet, ne quis vertat, cœlum creauit Deum. וַיֹּאמֶר יְהֹוָה אֶל מֹשֶׁה, & dixit Dominus ad Moyſen vel Moyſi, particula אֶל ſeruit dandi caſui. Sunt præterea literæ ſeruiles aliquot, quæ ad conſtructionis ordinem internoſcendum momenti nonnihil habent, præſertim בֵּית הֵא וְלָמֶד, de quibus pòſt dicturi ſumus.

Vbi nomē nomini ſic adhæret, vt in gignēdi caſu ponatur, prius nomen mutatis motionibus nouā faciem frequenter induit, & quædā flexionis ſpecies efficitur, vt בַּיִת domus, in cōiunctione (Hebraicè סְמוּךְ) dicimus בֵּית לֶחֶם, domus panis: בֶּגֶד veſtis, in coniunctione ſiue regimine

plurali

plurali בִּגְדֵי אָחִי, veſtes fratris mei. Quando pronomina ſic adhærent nominibus, vt vna vox fiat, flexionem nominis efficiũt, vt עֶבֶד ſeruus, עַבְדִּי ſeruus meus, עֲבָדִים ſerui, עֲבָדֵינוּ ſerui noſtri, &c.

De nomine perfecto. Cap. XI.

NOn ſignificationes, vt prius, ſed literas duntaxat ſpectantes, diuidimus nomẽ in perfectum & imperfectum: imò voces Hebrææ omnes hac ſectione complectuntur. Voces perfectæ ſunt, quarum nulla ex tribus primariis literis, quas עִקָּרִים vocant Grammatici, deficit aliquando inter ſcribendum, aut quieſcit, ſonóque deſtituitur inter legendum. Deficientes literæ ſunt, יוֹד וְנוּן: & לָמֶד quoque in vno verbo לָקַח, accepit. Quieſcentes verò quatuor, אֶהֱוִי. Vnde ſpecies ſiue claſſes imperfectorum variæ naſcuntur, de quibus ſuo dicetur loco.

De nominibus primariis. Cap. XII.

EX nominibus perfectis quædam tribus duntaxat conſtant literis הַשֹּׁרֶשׁ, radicis, quæ ſimplicia ſiue primaria dici poſſunt: alia deductitia, quæ præter tres radicis literas, vnam aut alteram ſex literarum הֶאֱמַנְתִּי ſibi coaceruant. Simplicia motionum varietate, accentúſque ſede diſcrepant. Varietas motionum maior eſt, quàm vt paucis poſſit explicari verbis: tamen exemplis ad certas claſſes à Grammaticis breuiter reducuntur, vt ex hoc ſubiecto catalogo patebit, qui in hunc vſum ſubſeruit, vt intelligat candidatus linguæ, nullum eſſe nomen, ſiue שֵׁם דָּבָר, ſiue שֵׁם תֹּאַר, perfectum & ſimplex,

quod non cum aliquo iſtorum in punctis quadret, & etiam in ſede accentus, quem quædam habent in priore ſyllaba, vocantúrque nomina מִלְעֵיל, vt גֶּפֶן vitis, quædam in vltima, & vocantur nomina מִלְרַע, vt זָכָר maſculus. Prima claſſis conſtat duplici קָמֵץ.

Prima claſſis	דְּבָרִים verba.	דָּבָר verbum
. .	חֲכָמִים ſapientes.	חָכָם ſapiens
Secunda claſſ.	שְׁכֵנִים vicini.	שָׁכֵן vicinus
- .	חֲצֵרִים אוֹ חֲצֵרוֹת atria.	חָצֵר atrium
Tertia	פְּתִילִים fila.	פָּתִיל filum
! . .	עֲשִׁירִים diuites.	עָשִׁיר diues
Quarta	קְרוֹבִים propinqui.	קָרוֹב propinquus
i .	עֲרוּמִים nudi.	עָרוּם nudus
Quinta	שְׁבוּעִים אוֹ שְׁבוּעוֹת. hebdomadæ.	שָׁבוּעַ hebdomada
ì -	עֲצֻמִים fortes.	עָצוּם fortis

Hactenus de his quæ קָמֵץ · habent in prima, cum alia quauis ex magnis motionibus, קָמֵץ verò in שְׁוָא ׃ tranſit.

Sexta	שְׂעָרִים pili.	שֵׂעָר pilus
. -	עֲנָבִים vuæ.	עֵנָב vua
Septima	עֲרֻמִּים nudi.	עֵרוֹם nudus
i -	אֲפוּרִים nō eſt in vſu.	אֵפוֹר ephod
Octaua	אֲבוּסִים præſepia.	אֵבוּס præſepe
ì -	אֲטוּנִים funes.	אֵטוּן funis
Decima	קִישׁוּרִים	קִישׁוּר אוֹ קִשּׁוּר torques
i .	כִּנּוֹרִים אוֹ כִּנּוֹרוֹת	כִּנּוֹר cithara
Vndecima	תּוֹלָעִים vermes.	תּוֹלָע vermis
: i	אוֹפַנִּים rotæ.	אוֹפָן rota

Duodecima

Duodecima	רוֹגְלִים fullones.	רוֹגֵל fullo
- וֹ	חוֹרְשִׁים artifices.	חוֹרֵשׁ artifex
Decimatertia	בּוֹרִית herbæ nomẽ.	אוֹפִיר ophir
· וֹ	אוֹכִילִים	אוֹכִיל cibus
Decimaquarta	שׁוּעָלִים vulpes.	שׁוּעָל vulpis
· וּ	עֻגָבִים	עוּגָב או עֻגָב organum
Decimaquinta	שַׁבָּתוֹת ſabbata.	שַׁבָּת ſabbatum
· -	חָרָשִׁים artifices.	חָרָשׁ artifex
Decimaſexta	מַקְלוֹת baculi.	מַקֵּל baculus
- -	חַלָּקִים lenes.	חַלָּק lenis
Decimaſeptima	לַפִּידִים lampades.	לַפִּיד lampas
· -	צַדִּיקִים iuſti.	צַדִּיק iuſtus
		טַבּוּר vmbilicus
Decimaoctaua	תַּנּוּרִים clibani.	תַּנּוּר clibanus
וּ -	שַׁבּוּלִים orbi.	שַׁבּוּל orbis
Decimanona	כִּכָּרִים וְכִכְּרָיִם.	כִּכָּר talentum
· ·	גֶּחָלִים pruinæ.	גֶּחָל pruina
	שִׁקְמִים ſycomori.	שִׁקְמָה ſycomorus
Vicesima	פִּסְּחִים claudi.	פִּסֵּחַ claudus
- ·	עִלְּגִים balbi.	עִלֵּג balbus
Viceſ. prima	צִבּוּרִים aceruı.	צִבּוּר aceruus
וּ ·	נִחוּמִים cõſolationes.	נִחוּם conſolatio

Omnes hæ claſſes nominum perfectorum, ſunt מִלְּרַע, hoc eſt, accentum habent in vltima ſyllaba.

Viceſ. ſecunda	גְּפָנִים vites.	גֶּפֶן vitis
· ·	אֲרָצוֹת terræ.	אֶרֶץ terra
Vicesima tertia	שְׁבָטִים virgæ.	שֵׁבֶט virga
· -	עֲדָנִים deliciæ.	עֵדֶן deliciæ
Viceſi. quarta	פְּרָחִים flores.	פֶּרַח flos
- ·	מְצָחוֹת frontes.	מֵצַח frons

Viceſima quinta	נְעָרִים pueri.	נַעַר puer
	לְהָבִים flammæ.	לַהַב flamma
Viceſima ſexta	חֳרָשִׁים menſes.	חֹרֶשׁ menſis
	אֳהָלִים tentoria.	אֹהֶל tentorium
Viceſ. ſeptima	תְּאָרִים formæ.	תֹּאַר forma
	אֳרָחוֹת ſemitæ.	אֹרַח ſemita
Viceſ. octaua	דְּבָשִׁי mel meum.	דְּבַשׁ mel
	זְמַנִּים tempora.	זְמַן tempus
Viceſima nona	פְּאֵרִים או פַּאֲרִים.	פְּאֵר gloria
	בְּאֵרוֹת putei.	בְּאֵר puteus
Triceſima	דְּבִירִים oracula.	דְּבִיר oraculum
	אֱוִילִים ſtulti.	אֱוִיל ſtultus
Triceſ. prima	תְּהוֹמוֹת abyſſi.	תְּהוֹם abyſſus
	זְרוֹעוֹת brachia.	זְרוֹעַ brachium
Triceſ. ſecunda	כְּרוּבִים cherubim.	כְּרוּב cherub
	גְּבוּלוֹת termini.	גְּבוּל terminus
Triceſ. tertia	מְעַטִּים pauci.	מְעַט paruus
	אֲגַמִּים ſtagna.	אֲגַם ſtagnum

Hanc ſyluam per claſſes congeſtam oculis legentium ſubiecimus, vt habeant quò ſingula nomina perfecta referant, quæ vel ſede accentuum, vel motionum varietate differunt. Quam vt facilius animaduertas lector, ſic habe. Quæ מִלְרַע dicuntur, quòd accentum habeant in vltima, ex duabus conſtant magnis motionibus, aut ex parua ſequẽte daghes, & magna, vel denique ex שְׁוָא cum alia quauis motione. Quæ verò ſunt מִלְעֵיל, ex longa breuíque conſtant ſyllaba, aut vtrobique breui. Pluralem numerum adiecimus, vt paulatim mutationem punctorum obſerues, quam poſtea plenè tractabimus.

De no-

De *nominibus* הָאֲמָנָתִי. Cap. XIII.

SVnt etiam perfecta & illa nomina, quæ præter tres radicales literas, quarũ nulla vel deficit vel quieſcit, aliquam ex his admittunt. Sunt quæ à capite, & ſunt quæ à calce, ſunt denique quæ vtrobique recipiunt: meditullium verò vocis literæ ſeruiles non ingrediuntur. Horum catalogum vbi legẽtium oculis ſubiecerimus, finem habebunt quæ de nominibus perfectis dicenda iudicauimus in hoc primo libro, quo prima linguæ rudimenta quàm maxima luce & compendio conamur tradere.

	Plural.	regiminis	ſtatus abſolutus.
Prima	שְׂמָלוֹת	שִׂמְלַת	שִׂמְלָה veſtis.
	שְׁפָחוֹת	שִׁפְחַת	שִׁפְחָה ancilla.
Secunda	שְׂלָמוֹת	שַׂלְמַת	שַׂלְמָה veſtis.
	שְׁאָרוֹת	שַׁאֲרַת	שַׁאֲרָה caro.
Tertia	חָכְמוֹת	חָכְמַת	חָכְמָה ſapientia.
	כָּתְנוֹת	כָּתְנַת	כָּתְנָה tunica.
Quarta	חָפְשׁוֹת	חָפְשַׁת	חָפְשָׁה libertas.
	טָמְאוֹת	טָמְאַת	טָמְאָה immũdicia.
Quinta	בְּרָכוֹת	בִּרְכַּת	בְּרָכָה benedictio.
	נְעָרוֹת	נַעֲרַת	נְעָרָה increpatio.
Sexta	נְהָרוֹת	נָהֳרַת	נְהָרָה claritas.
	נְחָמוֹת	נָחֳמַת	נְחָמָה conſolatio.
Septima	גְּזֵלוֹת	גְּזֵלַת	גְּזֵלָה rapina.
	תְּאֵנִים	תְּאֵנָתִי	תְּאֵנָה ficus.
Octaua	לִבְנִים	populi arb.	לִבְנֶה populus.
	אִשִּׁים	אִשֶּׁה	אִשֶּׁה oblatio.
Nona	כַּפָּרוֹת	כַּפֹּרֶת	כַּפָּרָה propitiatio.
	בַּקָּרֶת	inueſtigatio	חַטָּאָה peccatum.

Decima

Decima	בַּכּוּרָה præcox	חַבּוּרָה liuor
	נִדּוּפָה opprobrium	בִּכּוּרָה primitiuum
Vndecima	שׂוֹרֵקָה vitis.	תּוֹעֵבָה תּוֹעֵבוֹת abominatio
Duodecima	עֲבוּדָה ſeruitus.	קְטוּרָה incenſum

Sequuntur nomina heemanti in תָּיו deſinentia.

Prima	גְּבִרְתִּי domina mea.	גְּבֶרֶת domina
	חֲבֶרְתְּךָ ſocia tua.	חֲבֶרֶת ſocia
Secunda	אַדָּרוֹת lodices.	אַדֶּרֶת lodix
	אִגְּרוֹת epiſtolæ.	אִגֶּרֶת epiſtola
	סַפָּחוֹת puſtulæ.	סַפַּחַת puſtula
Tertia	שִׁבֳּלִים ſpicæ.	שִׁבֹּלֶת ſpica
	כֻּתֳּנוֹת tunicæ.	כֻּתֹּנֶת tunica
Quarta	עֹפֶרֶת plumbum.	חוֹתֶמֶת annulus.
Quinta	כְּתֹנֶת tunica.	נְחֹשֶׁת æs.
Sexta	כֻּסְּמִים ſpeltæ.	כֻּסֶּמֶת ſpelta

Quæ ſequuntur, ſunt מִלְרַע cum תָּיו.

Prima	מַלְכֻיּוֹת regna.	מַלְכוּת regnum
	שַׁחֲרֻיּוֹת iuuentutes.	שַׁחֲרוּת iuuentus
Secunda	אֱיָלוּת fortitudo.	פְּתַיּוּת ſimplicitas
Tertia	יְדִידוּת dilectio.	כְּסִילוּת ſtultitia
Quarta	כְּבֵדֻיּוֹת grauitates.	כְּבֵדוּת grauitas
Quinta	גָּפְרִיּוֹת ſulphura.	גָּפְרִית ſulphur
	בּוֹרִית herba.	תַּבְנִית exemplar
Sexta	אַחֲרִיּוֹת nouiſſima.	אַחֲרִית nouiſſimũ
	חִתִּיּוֹת terrores.	חִתִּית terror
Septima	שְׁאֵרִיּוֹת reſidua.	שְׁאֵרִית reſiduum
Octaua	צַפִּיחִיּוֹת lagana.	צַפִּיחִית laganum

Sequuntur claſſes nominum heemanti deſinentium tantùm in מֵם mem.

Prima	פִּרְיוֹם fructus.	שִׁלְשׁוֹם nudiuſtertius.

Secunda

Secunda רוֹמָם exaltatio. אָמְנָם verè.

Sequuntur formæ nominum heemanti in נוּן.

Prima חֶסְרוֹן defectus. זִכָּרוֹן memoria.
Secunda { אַחֲרוֹן poſterior. עַגְמוֹן hamus.
רִמּוֹנִים malogranata. רִמּוֹן malogranatũ
Tertia { אַבְדָן perditio. כִּבְשָׁן fornax.
חַרְצַנִּים acini. חַרְצָן acinus
דָּרְבוֹנוֹת li. דָּרְבָן או דָּרְבוֹן ſtimulus
Quarta שֻׁלְחָן menſa. קָרְבָּן oblatio.
Quinta פִּרְזוֹן villa. רְעָבוֹן fames.
Sexta עִוָּרוֹן cæcitas. זִכְרוֹן memoria.
Septima אֲבַדּוֹן perditio. שִׁכָּרוֹן ebrietas.
Octaua שְׁפִיפוֹן ceraſtes. יְשִׁימוֹן deſertum.
Nona קְדוֹרַנִּית obſcuritas. אֲחֹרַנִּית retrorſum.

Quæ ſequuntur מֵם habent præfixam.

Prima מַסְכִּים mane. מַשְׂכִּיל intelligẽtia.
Secunda,tertia מִשְׁקָל pondus. מַעֲטִירָה corona.
Quarta מַרְבַּדִּים ornamenta. מַרְבַּד ornamentũ
Quinta מַמְזֵר ſpurius. מִשְׁבָּר vulua.
Sexta, ſeptima מִסְדְּרוֹן gradus. מְבַשֵּׁל coquus.
Octaua מִכְשׁוֹל ruina. מִזְמוֹר pſalmus.
Nona מַנְעוּל ſerra. מַעֲרוֹם nuditas.

Quæ מֵם in principio, & הֵא in fine.

Prima, ſecunda מִשְׁפָּחָה familia. מַחֲרֵשָׁה vomer.
Tertia מְלָאכָה opus. מַמְלָכָה regnum.
Quarta מֶרְכָּבָה currus. מֶמְשָׁלָה dominiũ.
Quinta, ſexta מִשְׁמֶרֶת cuſtodia. מַשְׂכֹּרֶת merces.

De his quibus תָּיו præfigitur.

Prima, ſecunda תִּשְׁבָּחָה laus. תִּפְאֶרֶת gloria.
Tertia, quarta תַּנְחוּם conſolatio. תַּנְחוּמָה conſolatio.

Quinta, ſexta תַּלְמִיד diſcipulus. תַּרְבֵּץ accubitus.
Septima, octaua תְּאַשּׁוּר cedrus. תַּרְדֵּמָה ſopor.

Quæ ſequuntur, habent נון in principio.

נִמְרוֹד nomen viri. נַפְתּוּל luctatio.

Alia יוֹד in principio (præſertim nomina propria virorum) ſibi aſſumunt.

Prima, ſecunda יַעֲקוֹב Iacob. יִצְחָק Iſaac.

אָלֶף in principio plurima habent.

Prima אֶצְבָּעוֹת digiti. אֶצְבַּע digitus
Secunda, tertia אַכְזָב mendacium. אֶגְרוֹף pugnus.
Quarta, quinta אֶצְעָדָה armilla. אֲבַטִּיחַ pepo.
Sexta, ſeptima אַכְזְרִיּוּת crudelitas. אַשְׁמוּרָה cuſtodia.
Octaua אַשְׁמָעוּת auditus.

His ferè limitibus, veluti typo complexa habes omnia nomina perfecta, in varias claſſes, pro varietate motionum, accentuum, & literarum heemāti collecta. Porrò quæ ſit motionum permutatio, dum à ſingulari in pluralem tranſeunt numerum, vel à ſtatu abſoluto (Hebraicè מוּכְרַת) in סָמוּךְ vel סְמִיכוּת, hoc eſt, in regimen deflectunt, legentium oculis aliquot locis ſubiecimus.

De verbo perfecto. Cap. XIIII.

VT nomina, ſic verba quoque literæ aliquot reddunt imperfecta, de quibus dictum eſt. Non per varias coniugationes ſunt diſtributa Hebræorum verba, vt Latina, ſed omnia verba, tam perfecta, quàm imperfecta, per omnes coniugationes flectuntur, quæ numero ſunt ſeptem.

Coniugatio (Hebræis בִּנְיָן ſtructura) tempora potius quàm modos habet, cum perſonarum & numerorum varietate.

Quibuſdam

Quibuſdam adiectis literis ſeruilibus, aut motionibus commutatis, inſignis inter coniugationes diuerſitas obſeruatur.

De prima coniugatione ſiue ſtructura. Cap. XV.

PRimum locum inter coniugationes habet בִּנְיָן קַל ſtructura cal, quæ ab aliis ſecernitur, quòd leuis & expedita ſit, nullis onuſta literis ſeruilibus, neque puncto דָּגֵשׁ daghes. Natiua puncta ipſius thematis, & primæ vocis ſunt, קָמֶץ ſub prima, & פַּתָח ſub ſecunda, maiore ex parte, vt פָּעַל operatus eſt, שָׁמַר cuſtodiuit. Quædam in צֵרִי finiuntur, vt חָפֵץ voluit, לָבֵשׁ veſtiuit, יָבֵשׁ aruit. Alia, ſed non adeo multa, in חוֹלָם exeunt, vt יָכֹל potuit, יָגֹר timuit, quæ inter flectendum חוֹלָם ſeruant. Sed quæ deſinunt in צֵרִי, eam motionem in פַּתָח commutant inter flectendum. Significationum gratia potiſſimùm inuentæ ſunt tot variæ coniugationum ſtructuræ. Nam non ſolùm actiua, paſſiua, & neutra ſunt verba, ſed alia plus, alia minus habent actionis, hoc eſt, quædam ad vnum patientem ſolùm tranſferunt actionem, quædam verò longius, ad ſecundum vel tertium actionem extēdunt, vt mox dicemus apertius. Verba quietis & motus ferè ſunt neutra, Hebræi עוֹמְדִים vocant, vt הָלַךְ ambulauit, עָמַד ſtetit. Atque his potiſſimùm prima ſtructura dicata eſt, hoc eſt, verba neutra maximè ſibi vendicant hanc ſtructuram, quorum actio in alium non tranſit, vt יָשַׁב ſedit, שָׁכַב accubuit.

Hæc tria denique in omni ſtructura ſunt obſeruanda, literæ, motiones, & ſignificãdi ratio. Nos ordine dicemus de ſingulis, vbi primæ ſtructuræ tabellã abſoluerimus.

Coniugatio quæuis modos ſeu tempora habet, quæ rurſum per numeros, perſonas, & genera variantur, ad hunc modum.

הֶעָבָר *præteritum.*

1	2	3 plural.	1	2	3 ſing.
פָּקַדְנוּ :	פְּקַדְתֶּם	פָּקְדוּ	פָּקַדְתִּי	פָּקַדְתָּ	פָּקַד
	פְּקַדְתֶּן :			פָּקַדְתְּ	פָּקְדָה

Hoc verbo פָּקַד, viſitauit, exempli cauſa recentiores vtuntur Grammatici: veteres autem פָּעַל, operatus eſt, vti conſueuerunt, cuius cùm prima litera ſit פֵּא, ſecunda עַיִן, tertia לָמֶד, obtinuit vſus, vt cuiuſuis ſeu nominis, ſeu verbi prima litera, פֵּא הַפֹּעַל, ſecunda עַיִן הַפֹּעַל, tertia denique vocetur לָמֶד הַפֹּעַל.

Literæ ſeruiles, quæ ad tres radicis literas accedunt, perſonarum & numerorum diuerſitatem ſecernendi gratia, eædem in omnibus coniugationibus habentur: præteriti verò ſunt ſex, nempe תְּהִימוֹן, vltimis ſyllabis adhærentes.

Annotationes in tempus præteritum. Cap. XVI.

פָּקַד. Huius tertiæ ſingularis maſculinæ פַּתַח vertitur in קָמֵץ, cum accentibus aliquot primariis, quorum ſuperius mentionem fecimus, & quos vno nomine הַפֶּסֶק appellant Hebræi, vel הָעֲמִידָה ſtationem, vel pauſam, vt לַחְמוֹ לְרָעֵב נָתָן, panem ſuum eſurienti dedit, Ezech. 18.

פָּקַד, *viſitauit.* Fit מִלְעֵיל ſequente monoſyllaba, vel dictione מִלְעֵיל, vt וַיִּקְרָא לַיְלָה, & vocauit noctem: ſed multa excipiuntur.

פָּקַדְתָּ פָּקַדְתִּי, *viſitauiſti, viſitaui*. Hæ duæ perſonæ in omnibus coniugationibus ſunt מִלְעֵיל, verùm cum וָיו,

quæ

quæ præteritum in futurum vertit, fiunt מִלְּרַע, vt וְשָׁפַרְתָּ אֶת־חֻקָּיו, & obſeruabis ſtatuta eius, Deut. 4. וְדִבַּרְתִּי מִשְׁפָּטַי & loquar iudicia mea, Hier. 1. Multa ſunt excepta ab hac regula.

פָּקְדוּ, *viſitauerunt*. Hæc perſona ſemper eſt מִלְּרַע, nam virgula, qua קָמֵץ in prima ſuſpenditur, appellata מֶתֶג, non eſt natiuus accentus. Quoties retrahitur accentus in penultimam, שְׁוָא mutatur in קָמֵץ, vel in צֵרֵי, pro natura radicis, vt בְּרֶשֶׁת זוּ טָמָנוּ, in reti quod abſconderunt Pſal. 9. וְאֹיְבַי חַיִּים עָצֵמוּ, & inimici mei viuentes roborati ſunt, Pſal. 38. Si עַיִן הַפֹּעַל fuerit חֵית vel עַיִן, habet חֲטַף פַּתָּח in loco שְׁוָא, vt פָּעֲלוּ, operati ſunt.

פְּקַדְתֶּם, *viſitaſtis*. Semper eſt מִלְּרַע, & ſub עַיִן הַפֹּעַל in quibuſdam venit חִירֶק, in quibuſdam סֶגוֹל, loco פַּתָּח, vt וּשְׁאֶלְתֶּם לוֹ בִשְׁמִי לְשָׁלוֹם, & poſtulabitis ab eo nomine meo pacem, vel compellabitis eum nomine meo pacificè, Samu. 25.

פָּקַדְנוּ, *viſitauimus*. Semper מִלְּעֵיל, & in הֶפְסֵק mutatur פַּתָּח in קָמֵץ, ſed non vbique, vt וַאֲמַרְתֶּם נִצַּלְנוּ, & dixiſtis liberabimur.

פָּקְדָה. Loco הֵא fœmininæ תָּיו reperitur, vt כִּי אָזְלַת יָד nam tranſiuit manus, Deut. 32.

פָּקַדְתְּ, *viſitaſti fœmina*. לָמֶד ſi fuerit gutturalis, habet etiam פַּתָּח, vt וְלָקַחַתְּ בְּיָדֵךְ עֲשָׂרָה לֶחֶם, capiéſque manu tua decem panes, 1. Reg. 14. הֲלוֹא שָׁמַעַתְּ בִּתִּי, num audiuiſti filia mea, Ruth 2.

De benoni. *Cap.* XVII.

הַבֵּינוֹנִי. Sic participium temporis præſentis appellant, quòd inter præteritum & futurum medium obtineat

locum. Et nominum more, numeris & generibus, non perſonis, vt verba, flectitur, ad hunc modum.

פּוֹקֵד פּוֹקְדִים פּוֹקְדָה אוֹ פּוֹקֶדֶת פּוֹקְדוֹת׃

נָח quies, quæ eſt inter פֵּא & עַיִן, nempe וָיו, quandoque non adeſt.

Annotationes.

עַיִן locis aliquot mouetur cum חִירֶק גָּדוֹל loco צֵרֵי, vt אַתָּה תּוֹמִיךְ גּוֹרָלִי, tu ſuſtentas ſortem meam, Pſal.16.

פּוֹקְדִים, *viſitãtes viri*. בִּסְמִיכוּת, hoc eſt, in regimine, reiecta מֵם finali, retinet יוֹד cum צֵרֵי, more nominum maſculinorum. Nam quoties in ſtatu regiminis ponitur, pro nomine תֹּאַר accipitur, vt שֹׁמְרֵי מִשְׁמֶרֶת הַקֹּדֶשׁ, cuſtodientes cuſtodiam ſanctitatis, vel potius, cuſtodes cuſtodiæ ſanctitatis, Nume.3. פֹּעֲלֵי אָוֶן, operantes iniquitatem, vel operatores iniquitatis, Pſal. 92. Sic וַיְהִי בֹּנֶה עִיר & fuit ædificans, vel ædificabat ciuitatem: nam non eſt in regimine, Gen.4. ſed בּוֹנֵה יְרוּשָׁלַםִ, cõſtructor Hieruſalem, Pſal. 147. Adhæc quoties participiis adhæret vna ex his literis בְּכְלַם, non participia, ſed velut nomina habentur.

פּוֹקֵד, *viſitans*. Variis in locis יוֹד literam ſuperfluam, (נוֹסֶפֶת vocant Hebræi) recipit, vt אֹסְרִי לַגֶּפֶן עִירֹה, ligans ad vitem pullum ſuum, Geneſ.49.

פּוֹקְדָה, *viſitans fœmina*. In quibuſdam inuenies צֵרֵי loco שְׁוָא ſub עַיִן הַפֹּעַל, vt נֹטֵרָה אֶת־הַכְּרָמִים, cuſtodiens vineas, Can.1. כְּצִירֵי יוֹלֵדָה, ſicut dolores parturiẽtis, Eſa.21.

פּוֹקֶדֶת. In הֶפְסֵק, hoc eſt, in pauſa, mutatur prius סֶגוֹל in קָמֵץ, vt וְהָאָרֶץ לְעוֹלָם עוֹמָדֶת, ſed terra in æternũ ſtat, Eccl.1. Verùm hæc regula non ſemper ſeruatur, vt אֶת־סֻכַּת דָּוִד הַנּוֹפֶלֶת, tentorium Dauid corruens, Hamos 9.

פוקדת

פּוֹקֶרֶת. Quorum לָמֶר הַפֹּעַל, hoc eſt vltima litera, eſt חֵית, vel עַיִן, illa duplex פַּתָּח ſortiuntur pro duplici סְגוֹל, vt וְשָׂרָה שׁוֹמַעַת, & Sara audiebat, Gen. 18. בּוֹרַחַת כָּל־הָעִיר, fugiebat tota ciuitas, Hier.4.

De פָּעוּל *Pabul.* *Cap.* XVIII.

IN ſignificatione participio paſſiuo reſpondet, & proinde ſic vocatur à noſtris. Apud Hebræos hoc nomen ſortitum eſt, quia in hoc verbo פָּעַל, quo Grāmatici antiquiores ſunt vſi pro exemplo, tertium locum obtinet פָּעוּל, factus, & proinde in quouis verbo, vox illa quæ huic voci conuenit in punctis, vocatur פָּעוּל, vt פָּקוּד viſitatus. Flectitur numeris & generibus ad inſtar nominis, non perſonis, vt

פָּקוּד פְּקוּדִים פְּקוּדָה פְּקוּדוֹת :

Annotationes.

Vna ſyllaba creſcunt, quorum לָמֶר, hoc eſt, vltima, eſt חֵית, vel עַיִן, vt נָטוּעַ plantatus, שָׁלוּחַ miſſus, סָרוּחַ ſuperfluus.

פָּקוּד. In regimine קָמֶץ mutatur in שְׁוָא, vt בָּא בְּרוּךְ יְהוָה ingredere benedicte à Domino, Geneſ. 24.

פָּקוּד. Quies quæ eſt inter עַיִן וְלָמֶר הַפֹּעַל, quandoque nō ſcribitur inquit Dauid Chimhi, quaſi diceret, quandoque ſcribitur, cum kibbuts, vt לָבֻשׁ שָׁנִים, indutus purpura, Prouerbiorum 31.

פְּקוּדָה. בִּסְמִיכוּת, hoc eſt, in regimine mutatur קָמֶץ in פַּתָּח & הֵא mutatur in תָּיו, vt וַעֲצוּבַת רוּחַ, & turbata ſpiritu, Eſa. 54. וּשְׁכֻרַת וְלֹא מִיָּיִן, ebria & non à vino, Eſa. 51. Quo in loco, vt aliis nonnullis, deeſt הַנִּסְמָךְ, hoc eſt, nomen quod regitur, vt ſit ſenſus, ebria calamitatibus, & non vino. Multa nomina formam regiminis habent, quæ in regimine

gimine nō intelligitur, vt אִם אֶתֵּן שְׁנַת לְעֵינָי, ſi dedero ſomnū oculis meis, Pſal.132. שְׂפַת לֹא יָדַעְתִּי אֶשְׁמָע, labium quod non noui, audiui, vel audiam, Pſal.81.

Verba quæ Hebræis dicuntur הַפְּעָלִים הָעוֹמְדִים, hoc eſt, intranſitiua, carent פָּעוּל, vt ab עָמַד ſtetit, non dicitur עָמוּד, neq; ab הָלַךְ, ambulauit, הָלוּךְ, verùm benoni vtriuſque vice fungitur. Sunt verba quæ vtroque participio carent, quorum loco שֵׁם תֹּאַר ſubſtituitur, vt à verbo רָחַק procul fuit, neque רוֹחֵק, neque רָחוּק dicimus, ſed רָחוֹק longinquus. Sic à verbo קָרַב, appropinquare, neque קוֹרֵב benoni, neque קָרוּב pahul dicitur, ſed nomen תֹּאַר, קָרוֹב propinquus.

De מָקוֹר *fonte, ſiue infinitiuo.* Cap. XIX.

QVarta pars huius primæ ſtructuræ ſiue coniugationis, Hebræis eſt מָקוֹר, vena, ſcaturigo, quòd ex eo, tanquam ex fonte, reliqua tempora ſcaturiant. Eſt vt modus infinitus, perſonis & numeris deſtitutus, in ſignificandi quoque ratione cum infinito quadrat, & cū quibuſdam literis ſeruilibus, nempe בְּכְלָם, gerundia & ſupina ſupplere poterit מָקוֹר, ſine quibus rarò venit, niſi lateri ſui verbi adhærens, vt שָׁמוֹר תִּשְׁמְרוּן, cuſtodiendo cuſtodietis: exempli cauſa.

פְּקוֹד בִּפְקוֹד כִּפְקוֹד לִפְקוֹד מִפְּקוֹד

Habet triplicem in motionibus varietatem, nempe פְּקוֹד cum literis בְּכְלָם, ſecunda forma פְּקוֹד, tertia פְּעַל.

Ex his quatuor literis, quæ inſeruiunt מָקוֹר, tres, nempe כלב, motionem natiuā habent שְׁוָא: ſed in principio dictionis, vbi שְׁוָא occurrit poſt שְׁוָא, prior vertitur in חִירֶק quarta verò litera מֵם, quæ ponitur vice מִן de, propriā retinet.

retinet motionem, ſequenti literæ רָגֵשׁ imprimens, quo defectus נוּן ſuppleatur.

Annotationes in מְקוֹר.

פְּקוֹר. Si iungatur dictioni ſequenti per מַקֵּף, mutatur חוֹלֶם in קָמֵץ חָטֵף, vt לִפְנֵי מְלָךְ־מֶלֶךְ, priuſquam regnaret rex, Geneſ. 36. בַּעֲנָשׁ־לֵץ יֶחְכַּם־פֶּתִי, cùm pœnam luit deriſor, ſapiens euadet peritus, Prouerb. 21.

פְּקוֹר. Recipiens הֵא literam noſéphet, חוֹלֶם verſum in קָמֵץ חָטֵף tráſfert ſub פֵּא הַפֹּעַל, hoc eſt, ſub primam literã, vt לְקָרְבָה אֶל־הַמְּלָאכָה, vt accederet ad opus, Exod. 26. Verùm הֵא adiecta מְקוֹר formæ פְּעַל, mutat שְׁוָא in חִירֶק, vel in פַּתָּח, ſi gutturalis fuerit פֵּא. Prioris exemplum. לְרִבְעָה אוֹתָהּ, ad ſuccũbendum ei, Leuit. 20. Alterius exemplum, לְאַשְׁמָה בָהּ, ad peccandum in eo, Leuit. 5. לְאַהֲבָה אֶת יְהוָה ad diligendum Dominum, Deut. 30.

De imperatiuo modo. *Cap.* XX.

QVinto in loco הַצִּוּוּי collocant, numeris & generibus, non diuerſis perſonis variatum. Rerum ordinem ſpectantes, ſolùm ſecundam imperatiuo modo tribuũt perſonam: nam neque nobis ipſis, neque abſentibus ex more præcipimus: perſonæ verò abſenti, hoc eſt, tertiæ, per futurum præcipit hæc lingua, vel potius optat. Imperatiui exemplum.

פְּקוֹר פִּקְדוּ פִּקְדִי פְּקוֹדְנָה׃

Annotationes.

פְּקוֹר *viſita*. Idem patitur quod מְקוֹר, nempe ante מַקֵּף holem in camets hateph commutat, vt סְעַד־נָא לִבְּךָ, ſuffulci quæſo cor tuum, Iudic 19. Et cum הֵא נוֹסֶפֶת, ſub primam literã reiicit קָמֵץ חָטֵף, vt זָכְרָה לִי אֱלֹהַי לְטוֹבָה, memor

eſto mei Deus meus in bonum,Nehem.5.Et prima per accentum ſuſpenſa ſyllaba, fit camets latum, vt שָׁמְרָה נַפְשִׁי כִּי־חָסִיד אָנִי, cuſtodi animam meam, quia pius ſum, Pſal.86. Cæterum חוֹלֶם in prima habent, quorum פֵּא הַפֹּעַל eſt gutturalis, cùm הֵא noſépheth apponitur, vt זָעֲמָה יִשְׂרָאֵל, deteſtare Iſrael, Numer. 23.

Forma פְּעַל cum הֵא noſépheth talis eſt, שָׁלְחָה הַנַּעַר אִתִּי mitte puerum mecum, Geneſ.38. In הֶפְסֵק verò, ex פְּעַל fit פְּעָלָה, adhærente הֵא noſépheth, vt, יָם וְדָרוֹם יְרָשָׁה, occidentem & meridiem poſſide, vel verſus occidentem,& verſus meridiem hæreditatem cape,Deut.33.

פִּקְדוּ *viſitate*. עַיִן הַפֹּעַל gutturali, forma nonnihil immutatur, vt וְשַׁחֲטוּ הַפָּסַח, mactate peſach, Exod.12. רַחֲקוּ מֵעַל יְהוָה, recedite procul à Domino, Ezech.11.

פְּקֹדוּ. In הֶפְסֵק holem retinet,vt גַּם־לִי גַּם־לָךְ לֹא יִהְיֶה גְּזֹורוּ etiam mihi,etiam tibi non erit,diuidite, 1.Reg.3. אֶת־יְהוָה הַגָּדוֹל וְהַנּוֹרָא זְכֹורוּ, Domini magni, & tremendi memores eſtote, Nehem.4.

פִּקְדִי *viſita fœmina*. Quibuſdam in locis reperies ſub פֵּא הַפֹּעַל camets hateph,vt לְכִי אַתְּ מָלְכִי עָלֵינוּ,veni tu,impera nobis, Iudic. 7.

פְּקֹדִי. In הֶפְסֵק mutatur שְׁוָא in קָמֵץ, vt גִּילִי וּשְׂמָחִי, exulta & lætare, Ioel. 2.

פְּקֹדְנָה. In alia forma פְּעַלְנָה, vt שְׁמַעְנָה נָשִׁים דְּבַר יְהוָה audite mulieres verbum Domini.

Tertia forma caret הֵא, vt קְרֶאןָ לִי מָרָא, vocate me amaram, Ruth 1.

De futuro cal. Cap. XXI.

SExta pars primæ ſtructuræ eſt עָתִיד futurũ, quo nomine imperatiui modum quoque comprehendunt Grammatici,

